

31

Summe venerabili clarissimoque Viro,  
 D. Jacobo Henrico Balthasaro,  
 Scholozo Gryphwaldensi: meri-  
 disimo,

S. P. D.

Ernestus Salomon Cyprianus.

Disertatio tua de Celo Pometanorum, nuper ad me al-  
 lata singularem et eruditionis et candoris tui cultum in  
 animo meo excitavit, fecitque spem, fore, ut literariam  
 consuetudinem cum homine tui amante neutiquam aver-  
 seris. Ea enim sunt tempora, quibus mutua preces et  
 consiliorum conjunctio imprimis necessaria sunt ortho-  
 doxa ecclesia. Quamobrem etiam atque etiam te rogo,  
 ut tibi meas literulas obrepere interdum patiaris.

At jam quidem gratias tibi ago pro fideli studio, quod  
 profligandis hereticorum destinationibus abs te impen-  
 sum est, precatus Dei bonitatem, ut amoris in te sui signi-  
 ficationibus illud cumulatissime ostendat tibi gratum fu-  
 isse.

Ego jam pridem iisdem studiis sub Dei tutela occupor,

idque hoc sollicitius, quo exploratius habeo, ni Deus reformatorum theologorum et politicorum quorundam conatibus remoram ponat, defuturas hereticas deliberationes in ecclesia nostra certissimum interitum.

Palam enim illis locis, quae per pacem Westphalicam obtinere, adversus dicta pacis expressam litteram, et ecclesias cathedralis et consistoria invadunt, catechesin Lutheri clanculum, concordia formulam aperte abrogatum eunt, et ut ex adjecta scheda videre est, ex unione sibi maxima incrementa, nobis decremenda pollicentur. Praeterea in Bipontina ditione et palatinatu sinunt fratres nostros fame perire, esse iniquissimo titulo bona ecclesiastica possideant, ceu cognosces ex commentatione mea cui titulum *Das unbrüderliche Catzengeviß* praescripsi. Quam abs te, viro prudente et fratris salutem consulente, clam habitum iri nullus dubito.

Serenissimus Landgrafius Castellanus vetuit, nostros interesse sacris legati Svecici, cumque reformati ubique liberam exercitium sua doctrina, sine omni jure extortum

erant, tamen consistorium Casellanum loco movet ludimoderatores evangelico-Lutheranos eorum pagorum, quibus ipsi simultaneum induxerunt, si, quod inauditum ibi est, populo postillas Calvinianas prolevere recusant.

Præterea in aulis mentiuntur universalitatem gratiæ Dei et meriti Christi, cum tamen neminem absque subscriptione Synodi Dordrechtana muneri vel ecclesiastico vel scholastico admoveant, et D. Pictetus superiori anno in tribus sua Theologiae Tomis veteres errores ad unum omnes pertinaciter defenderit, Turretinus etiam scripserit in festum nubem, iniquam juxta et obtentam impossibile futuram, si ab illis doctrina mutationem exigeremus.

Unde per Dei misericordiam te rogo, ut cogites, quanta pestis etiam in temporalibus fratribus nostris parata sit, quamprimum protestantes, quos J. P. W. duas partes constituere asseverat, in unam ecclesiam coaluerint: hæc nimirum, ut omnes reversus (i. Obvinsnitzliff. Reverse) quibus, a principibus reformatis, nostratibus integris provinciis de religionis securitate cautum

est, ipsumque I.P.W. subvertantur, et reformati doctores  
 et politici curias, collegia templa invadant, siquidem  
 unica et adaequata causa illarum cautionum cessat, simul  
 atque in unam ecclesiam coalescimus.

Hac cogita, venerande frater, ut presso meo nomine,  
 in aula vestra multum ponderis habente etiam hac  
 in re pro ecclesia vigiles. Vale in Christo, et si quid  
 ad me scribes, mitte vel Lipsiam ad Weidmannum  
 bibliopolum, vel Stamburgum ad Dn. Kernerum  
 Sereniss. Principis Gothani Aentem, qui omnia sine  
 tuo sumtu curabit ad me perferenda. Gottho Domini  
 ca ludica cl<sup>o</sup> 1662.